

**R. P. Ivlii Fatii S. J. Liber De Mortificatione Nostrarvm
Passionvm, Prauorumque affectuum**

Fazio, Giulio

Köln, 1604

De quatuor exercitijs tanquam instrumentis Mortificationis, Renunciationis,
Abnegationis, Resignationis & Indifferentiæ, & primùm de Renunciatione.
VIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60991](#)

AT.

n inferiori
tes, vt de S.
G., alijsque
odo moni
si vigilanc
as lenitum
mittantur
dignatio
meatu n
e ira sole
ra) in odium
abu homi
nia nostra
erut & ac
titare con
trum acci
biecta, nu
gor omis
n fieri no
atur, qua
deficienti
, dedere se
conditio
ubernario
igunt. Et
it scriptu
tere quam
ibim, ne
qua

DE MORTIFICA T.

quam vterius pullulabunt: nihilominus
men multum iuuat ad extirpandas etiā
adices, prædictis alijsque modis debilita-
te & infingere vires iræ, aliarumque pas-
sionum inordinatarum; hac enim ratione,
debilitatâ itâ, facilius erit eam ex animis
tutis radiciter euellere.

Quolibet ergo ex prædictis sex pugnā-
digentibus, pluribusque alijs licebit, gra-
na Dei adiuuante, decertare, non solum
aduersus iram, sed etiam aduersus quamli-
ber passionem & vehementiam potentia-
rum nostrarum, gloriosamque inde con-
sequi victoriam. Restat ergo, vt alacri-
tate ac débita cum prudentia & mode-
tione, hæc arma tam salutifera artipia-
mus, alijsque egregium hoc sp̄ ritualis mili-
tia studium proficiamus, ita animi in-
ductione & magnitudine, qua Dauid ge-
nerosus ille miles prædictus erat, cùm dice-
ret: Per equar inimicos meos, & comprehen-
dam illos, non conuertar, donec descianto.

Psal 17.

CAP V T : VIII.

De quatuor exercitijs tamquam instrumentis
Mortificationis, Renunciationis, Abnegatio-
nis, Resignationis, & Indifferen-
tiae, & primū de Re-
nunciatione.

D. 54

812

78 DE MORTIFICAT.

Si quis in silvestri campo, vepribus & spinis obsito, viridarium domes-
cum plantare vellet: primò omnium
spinas & vepres omnes euellere debet.
Ita plantaturus in anima sua horum
virtutum Christianarum, si non inanem
operam sumere velit, spinas & tribu-
los inordinatorum affectuum, passio-
numque prius euellat necesse est. Et quoniam
admodum hac ipsa de causa in transmu-
tationibus naturalibus, generatio *vici* &
corruptio alterius; & in mutationibus me-
talibus, dispositio perficiens, supponit or-
dinariè remotionem suorum contraria-
ta sit in generatione hominis spiritualis
quem semper carnis hominis destruccio
præcedere debet; & ad ipsam hominis si-
ritualis perfectionem acquirendam, sup-
ponenda necessariò est, remoto impedi-
tionum & impedimentorum, quæ ad
perfectioni aduersantur.

Ad hunc itaque finem, remouendi &
licet à nobis hæc impedimenta, quatuor
exercitia tamquam instrumenta Mortifi-
cationis requiruntur; Renunciationis &
Delicer, Abnegationis, Resignationis &
Indifferentiae. Ut autem hæc materia pue-
nius intelligatur operæ pretium esse co-
stimauiimus, de singulis in specie ac disti-
ctè dissertere, atque in mediū adscire, quo

AT:
epribus &
domeli-
o omnium
re debet:
ra homin-
on inazem
s & tubu-
, passio-
st. Et quem-
n transime-
io reuin e-
onibus me-
upponit ce-
ontrariis
spirituali-
s destruc-
omini sp-
ndam, sup-
io imperi-
, qua
ouendi
a, quatuor
nta Mon-
nationis vi-
nationis k-
materiapl-
m esse co-
e ac distin-
ferce, qu-
dei

DE MORTIFICAT. 79

Nip ex grauim auctorum sententia sen-
tendum sit, Et vt à Renunciatone incipia-
mus, dicemus primò , 'de duobus generi-
bus Renunciationis . Secundò , quæ sit
vera & præcisa Renunciatio , distincta ab
aliis tib⁹, quas diximus , exercitationi-
bus Tertio, demonstrabimus non suffi-
ciēt, vt homo in principio suæ conuersionis
hanc resignationem suscipiat , sed re-
quiri vi toto vita suæ decursu constanter
in illa perseveret.

Renunciatio igitur, vel, vt alij vocant,
Abrenunciario varias notiones habet apud
auctores, qui de ipsa scribunt. Sæpe enim
laissimè accipitur pro omnium rerum
terrenarum perfecta abdicatione animi,
absoluta dependentia in omnib⁹ nostris
actionibus & desiderijs à sola Dei volun-
tate, eorumq; qui nos loco Dei gubernat.
Haec significatio comprehendit Renun-
ciatio sub se Abnegationē, Resignationē,
& Indifferentiam, appellaturq; à Ioanne
Cassiano & Climacho Nuditas, aliquando
Vacuitas, aliquando Peregrinatio. Sanctus
item Basilius, postquā multis verbis & cir-
cumstatijs descripsisset late sumptam hāc
Renunciationem, tandem concludit: Quod
ſtraduictio cordis humani ad conuersationem
celstem, vt dicere queamus. Nostra cōuersatio
incelus est. Et postquā posuisset illa, quorū

S. Basili⁹.
Reg. fassu-
us diff. cap. 8.

D. 4 debet

80 DE MORTIFICAT.

debet fieri Renunciatio, tandem adit,
hominē verē dīcī posse, tunc de mūndū hanc
fecisse Renunciationem, cum cō peruen-
rit. ut totus mundus ei crucifixus sit, & q̄d
mundo.

Cass.lib.
4. Instit.
cap.34.

Cassianus quoque hanc Renunciati-
onem, Nihil aliud esse dicit, quān crucis &
Mortificationis indicium. Quam sententiam
cū latius explicasset, sub persona Abbatis
Pynuphij, tandem capite sequentib⁹ vir-
bis rem concludit: sicut ergo crucifixus qui
iam non pro animi sui motu, membra sua quo
quam monendi & conuertendi habet potestatē,
ita & nos voluntates nostras ac uerberia non
secundum id, quod nobis suave est ac delecta
ad præsens, sed secundum legem Domini, quod
nos illa constrinxerit, applicare debemus. Hac
ille. Idem Abbas alibi tres species Renun-

Cass.col.
lusi.3.

ciationis huius statuit, primamque dicta
esse; Qua corporaliter vniuersas mundi diuin-
as, facultatesque contemnimus. Secundam.
Qua mores, vicia, affectusque pristinos ani-
carnisque respuimus. Tertiam. Qua mentem
nostram de præsentibus vniuersis ac visibilis-
euocantes, futura tantummodo contemplamus.

Climat.
de castit.
grad.15.

Climachus item tractans de hac Renun-
ciatione ita loquitur: Abrenunciacionem
quidem doctissimi viri pulchre definit:
Aliunt quippe illam inimicitiam esse aduersus
corpus, & aduersus quandam concupiscentiam
insex-

A T.
dem adit,
muni han-
o peruen-
sit, & i-
nunzia-
n crux &
sententia-
na Abbatis
ntibus ver-
cifixus qui-
ra sua quo-
et potestat-
eficeriamus
ac delecta-
Domini, qui
emus. Hac
es Renun-
que dicti
undis diu-
ecundam
Renunciatio
ergo deriuatur à verbo Re-
nuntiare, quod propriè loquendo, nihil a-
lud est, quam nuncium rebus externis re-
mittere. Hinc Renunciatio vi suæ propriæ
significationis, non se latius extendit, quā
id abdicationem, & fugam honorū tem-
poralium, qualia sunt diuitiae; parētes; pa-
tra, honores & alia huiusmodi exteriora.

Quare S. Basilius tractatus in Regulis
D. 5. suis

32 DE MORTIFICAT.

suis de Renunciatione, capiti aut reguli illi ponit titulum huic significationi conformem in hunc modum; De nuncio rebus hanc vite remittendo. Ex quo colligim⁹, quodci duplexia sint impedimenta nostræ perfectionis, alia interna, vt sunt propriæ nostræ passiones & affectus inordinatis; alia externa, vt parentes, amici, opes, patria & similia; Renunciatio, vt h̄c sumitur, nos tantum ab externis impedimentis rerum eternarum liberet; ira vt talibus mundi inuolucris liberatus homo, nudus nudum Christum sequatur. Idcirco B. Climachus describens hanc renunciationem sub no-

Climac. mine Peregrinationis, sic ait: Peregrinatio est omnium, que sunt in patria constans peregrin. desertio, quibus à pietatis destinatione aliqui Cass. col. exercitatione impeditur. Cassianus item 3. cap. 7. eadem de causa appellat eam corporalem S. Bas. re. & localem abrenunciationem. Et S. Basilii gul. fus. vult, omnimodam Renunciationem (de disp. c. 8. qua in principio huius capituli egimus) suam habere originem ab hac alienatione bonorum externorum. Huius commodi Renunciatio, inquit ille, initium sumit ab aliena-

Cass. lib. 4 tione rerum externarum. Et Cassianus, de iō Institut. punctione cordis, inquit, procedit Abrenunciatio & contemptus omnium facultatum. Quapropter experientia constat primum esse Etum, quem diuina vocatio & cordis conseruacio

T.
it regule
ioni con-
tebus humi-
, quodcu-
ra perle-
rie nocte
alia exor-
a & simi-
nos tan-
retum es-
mundi is-
us nudata
Climachas
en sub no-
Peregrina-
transfusio-
ione aqua-
nus item
orporalem
s. Basilius
onem (et
egimus
enationis
modi Re-
ab aliena-
us, de in-
renunci-
n. Qua-
um effe-
ordisco-
punctio-
DE MORTIFICAT. 83

junctio in homine efficit, esse nauseam
quandam & horrorem omnium rerum
terrenarum: Vnde postmodum nascitur
Renunciatio & abdicatio earum, vt Cas-
sianus significat, cum de timore Dei ait:
*Quicum penetraverit hominis mentem, con-
temptum ei omnium rerum parit, obliuio-
nen parentum, mundique ipsius gigas horro-
rem.*

Decipiuntur proinde & grauissimè er-
rant, qui putant hoc genus Renunciationis,
cum sic tantum rerum exterritorum, esse
patui momenti, cum ratiōne, vt multi fan-
tinate praestantes vini, & præcipue Cassia-
nus, affirmant, à prisca illis patribus, &
vitæ Religiose Magistris, tanti semper fue-
rū assūmatum, vt non prius aliquem in suū
ordinem ascuerint, quam absolutam fe-
cisse Renunciationem omnium bono-
rum exterritorum, neque hac contenti,
summa insuper diligentia inquirebant,
cum de prioribus suis facultatibus sibi vel
minimum obulum reseruasset. Ita enim
Cassianus: *Summa diligentia perquiritur, Cass. li, 4.
num de pristinis facultatibus suis, inheserit ei de Iustito
vel unum nummi contagio. Affectque hanc cap. 39.
rationem: Sciunt enim, inquit, eum sibi mona-
sterij disciplina diuturnum esse non posse, si in
conscientia eius pecunia quantulunque la-
men. Quod quidem nemini mirum
De 6. videtur.*

84 DE MORTIFICAT:

videti debet; quemadmodum enim hedera,
quæ arbori adhæret, et si illam ornare, &
à multis iniurijs tutari videatur, te ipsa
tamē encruuat, paulatimq; consumit, aut
hendo ad se magnam partē nutritimenti &
succii, quæ illi ad sui conseruationem, fu-
ctusque proferendos erat necessaria. Ita
quandiu homo terrena hæc possideret, i.e.
ipsi commodum aliquod allatura, ac mul-
ta etiam incommoda propulsatura vide-
antur, detimento tamen sunt maximōna-
fieri non potest, vt sine sollicitudine con-
seruentur, quæ sollicitudo, deficiente in
homine Religioso, primo spiritus feru-
o; crescit vt plurimū in animo illius, adeo
vt totam aut magnam partem illius vigo-
ris ad se rapiat, qui ad conseruationem &
fructificationem in diuino seruitio etat
necessarius.

Ex quo postea sequitur, vt successu
temporis ipse vel omnino pereat in Re-
gione, aut si in ea manet, fiat tanquam
agnum aridum cum exigua, aut ferè nu-
Basil, reg.
fus, disp.
cap 8. la luce & gustu rerum diuinarum. Quia
ut bene dicit S. Basilus: Quandoque no-
pecunia, vel aliquid istiusmodi, quod ad fragi-
les & caducas diuinias pertinet, nobis refer-
mū, necesse est in his, membra nostrā, veluti in
cæno quodā consuplā esse, & animo ad rerum
diuinarū contemplationem adiutum preclidi-

inque ita iacere, ut de cœlestibus ac promissis
Deo bonis, cogitare non posset. Quod si ad ad-
quendam rerum naturalium cognitio-
nem, philosophi plerique iudicarunt homi-
num ab huiusmodi rerum temporalium
naturis debere esse expeditum; ipsique philo-
sophi hac de causa vitam in summa ege-
itate traduxerunt: quid seruo Dei facien-
dum erit, ut ad huius tam præstantis Phi-
losophiae cognitionem perueniat, quæ
in vera cognitione & imitatione Dei con-
sistat; ad quam D. Paulus aspirans dicebat: Philip. 3.
Existim o mnia det rimentum esse propter e-
minentem serentiam Iesu Christi.

Hæc est igitur illa Renunciatio, quam
scriptura sacra nobis præsignificauit in
Abraham Patriarcha, quando ille, man- Genes. 12.
dato Dei, egressus de terra & cognatione
sua, & domo patris sui, venit in terram,
quam Deus ipsi monstrauerat. Hanc no-
bis adumbravit Helias, cum ab Helia 3. Reg. 19.
vocatus, relieta patria & parentibus, pa-
riique boum: (nec enim aliud possidebat)
maculato, mox ipsum coepit sequi, ei que
ministrare: Eandem opere præstiterunt
Apostoli, cum unica Christi voce audita,
continuo, relicta retibus, securi sunt
cum. Hoc ipsum consilium dedit Salua- Matt. 19.
tor iuueni querenti, quid sibi faciendum
esset, ut saluus fieret; Præscriptio enim

D 7 prius

36 DE MORTIFICAT.

prius documento de præceptorum obseruatione, subdidit; Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, que habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Denique salvator discipulos suos non semel de hac Renunciatione verba fecit. Quin & hac ver-

Lxxv 14. adiecit. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ posset, non potest meus est discipulus. Et hic est primus gradus, quem facere debet, quicunque serio Christianum Dominum sequi in religioso statu cupit, ut expressè S. Basilius indicat, cum ait:

Basil.ser.
de cultu
piet. &
vitæ Mo-
nastic. Clim.cap.
vls.totius
libri.

Monachum oportet cum primis nihil in vita, quod iuris sui proprium sit, possidere. Climachus item, cum ultimum caput sui libri ita concludit: Initium est terrenorum omnium ab renunciariorum vero charitatis, Deo.

Illud autem obseruandum est non sufficere ad hoc, ut Religiosus finem sui statutus consequatur, exiere se semel tantum in principio conuersionis, omnibus illibonis externis renuneratione prædicti, sed requiri ad satisfaciendum obligacioni professionis, ut totâ vitâ persistat in hac renuicatione, & fuga perpetua horum bonorum, ut clare Cassianus affirmat, cum induxit personâ Abbatis Abrahami ait: Parum est renunciasse Monachum semel, id est, in primordio conuersionis sua contemptissime præsentia, nisi iis quotidie renuncia-

Cassianus
collat.z 4.
cap.z

reperstiterit. Hocque ab antiquis illis Pa-
ribus Scithi & Thebaidis tota vita tam
accuratè fuisse obseruatum; ut ne verbo
quidem, inquit, audeat quis dicere aliquid
falsum, magnumque sit crimen, ex ore Monachi
processisse; Codicem meum, tabulas meas, tu-
nicam meam. Et sanctus Basilius in ean-
dem sententiam dicit: *Hæc verba meum &*
tum in vniuersum à fratribus usurpari ratio-
retat.

Et certè maximæ infelicitatis, & misé-
rie argumentum est, videre hominem,
qui semel omnibus bonis temporalibus
Christi causâ nuacium remisit, quibusdā
rebus leuiusculis adhædere, quæ quamuis
parui sint momenti; magni tamen & irre-
parabili damni causa esse solent, cum ea
paupertati pace ac spiritus libertate pri-
uent, quæ ad veram solidamque devo-
tionem comparandam necessariò requi-
reunt: Non nisi ex multa amentia prouenit, Doro-
(inquit Dorotheus) et qui pretiosas ac mag. serm. 2.
nas res reliquimus, ob minimas plurimum
perturbemur. Vnde magnus ille Abbas Py-
rophius, alloquens quendam nouitium
apud Cassianum, exclamans dicit; Ca-
s. li. 4.
Inst. tut.
spili, ne quid aliquando eorum resumas, cap. 36.
que renuncians abiecisti, & contra Dom-
ninterdictum, de agro Euangelicæ operatio-
nis reuersus, innueniaris tunica, qua te spo-
blauer.

888 DE MORTIFICATI
laueras, reuestiri. Nam sicut Climachote-
ste: *Nudus Monachus mundi totius est Domi-
nus*, ita terrenarum rerum affectibus re-
uestitus, sic sui ipsius, earumque rerum
quas ambit, seruus & mancipium vilissi-
mum, & quod hinc sequitur, indignus no-
mine serui Dei.

Neque in eo sibi quiescendum puta-
bant illi Religiosi, quod scilicet parentibus
in seculo valedixissent; Sed & in Religi-
one, scilicet ab eorum praesentia, quantum
poterant, alienabant, ob damnum vide-
batur, quod ex illorum congressu familia-
ri sibi impendere intelligebant. Hinc in-
terrogatus Abrahā Abbas, num nimia
parentum vicinitas Religiosis possit no-
cere; respondit; tunc ijs minimè noctu-
ram, cum eō usque in Mortificatione pio-
cesserint, quō Abbas Apollo peruenera,
de quo factum huiusmodi narratur. Cū
ad eum germanus suis intempesta nocte veni-
set, implorans ut de monasterio suo paulisper
gressus, ad euellenium bouem, quem canis
paupiri eminus inhabere sibi posset, q. eraba-
tur, ei esset auxilio, quia eum solus nequam
posset eruere; Abbas Apollo pertinaciter ob-
secranti, cur, ait, iuniorem fratrem nostram, qui
præteriens, propinquem quam me habueras, non
rogasti?

Erat autem minor frater mortuus ante
annos

Cass. col.
lat. 2.4.
cap. 9.

mos quatuordecim. Miratus ille frater responsum, & existimans cum ex nostra abalienatione à rebus huius vitæ, frater suis demortui non amplius recordari ait: A nescis fratrem nostrum antet annos quindecim obiisse? Cui Abbas: Igitur ergo me quoq; ante annos viginti huic mundo fuisse defunctum, nullaq; iam posse, de hunc Cellæ sepulchro, que ad præsentis vitæ suum pertinet, tibi conferre solatias.

Quoniam ergo paucissimi repertur Religiosi, qui ad hunc Mortificationis statum & abalienationis ab amore parentum peruererint, quæ Abbas Apollo monitauit spaciissimis, aut, ut rectius dicam, nulli cohabitatio vel mora cum parentibus diuturnior tuta fuit; id quod si necesse esset, multis eorum exemplis, quibus parentum conuictus malecessit, testis oculatus confirmare possem. Merito igitur Climacus monet: Ut qui à seculo peregrinatur, mundum iam nullatenus attingant. Solent enim, inquit, diu sopita, vita facillime reuiscere. Idcirco Abbas Abraham sapienti indicabat, parentum propinquitatem esse communiter Religiosis nondū omnino mundo mortuis, perniciosa. Hinc antiqui illi Patres, omnis vitæ Religiosa veluti specula quedam clarissima, nō modo pro virili curabant, ne ipsis adessent parenta.

Climac.
grad. 3.
de pere-
grin.

90. DE MORTIFICAT.

parentibus præsentes, sed nec eorum quidem recordabantur, nisi solum quando p[ro]p[ter]os iuxta charitatis regulam Domini commendabant. Cui rei confirmanda Cassianus exemplum narrat de quodam fiducia temporis Religioso: Qui, cum post annosque decim, patris ac matris, amicorumque multorum, de prouincia Ponti complures epistola delata fuissent, accipiens grandem fasciculum literarum, d[icit] apud semetipsum volueret; Quantum inquit, cognationum causa erit mihi harassus? Atque me vel ad irane gaudium, vel ad mortuas instructuas impellentis quo diebus eorum recordatione qui scriperint, intentum pectoris mei à proposita contemplatione uocabunt? Post quantum temporis dirigenda est hæc mentis concepta confusio. quantoque labore rursus iste tranquillitatis reparandum efficiatur, si semel animus literarum permotus ageretur, eorumque recensendo sermones ac rationes, quos tanto tempore dereliquit, iterum ei reuise, ipsiisque cohabitare & animo ac mente cœperu interfesse? Quos profecto corporaliter deseruisse nil proderit, si corde eos incepit intueri, ac memoriam, quam seculo hunc renuncians quisque velut mortuus abdixit, reuiscens eandem rursus admirerit. Hanc voluens in corde suo, non solam nullam resoluens epistolam definiuit, sed nec ipsum quidem fagi-

siculum resignare; ne scilicet eorum, qui
trumperant vel nomina recensendo, vel vultus
recordando à spiritu sui intentione cessaret. Ita
ne vi eum constrictum suscepit, igni tradi-
bit comburendum. Ite, inquit, cogitationes p-
repariter concremamini, ne me vterius ad
illu, quæ fugi, reuocare tentetis. Hæc ille.

Atque utinam huiusmodi occasioni-
bus conuersandi cum parentibus, non
experiremus, magno nostro damno, ea-
dem hæc, aut grauiora etiam incommo-
da, quæm quæ Religiosus ille sibi time-
bat. Nos tamen, nescio quo humano
tespeditu ducti, dissimulamus hoc damnum
nonnunquam toto viræ nostræ spatio,
semper in hoc errore versantes; imò ve-
lo, quod magis adhuc deflendum est,
nulla sæpe necessitate compulsi, sub
pieratis velo, cupimus parentibus opitulari
ap: saltem cum ipsis agere, ne aliqua eos
afficiamus molestia; minimè interim per
pendentes, quod dicit Climachus: Utiles peregrin.
esse parentes mœvre afficere, quæm Deum, grad 3.
Bernardus verbis adhuc multò grauiori
das, Serui Dei, inquit, qui parentum suo
rum vilianam procurant, à Dei amore se se-
pant. Quæ cùm ita sint, serio tñdem in a-
nimu inducamus, ab illorum nos consor-
tio, quantum fieri potest, alienare, & om-
nè erga ipsos affectum exuere nō aliter at-
que...

Clim. de
peregrin.
Bernardus
Bern ser.
7. de con-
uerzione
ad sorore.

92 DE MORTIFICAT.

Basil. in
Constit.
Monast.
cap. 20.

que erga vita sanctos, ut S. Basilius scribit
ad Religiosos hortatur, cum ait; Apropos
quis, amicis, parentibusque animi affectione
tam longè oportet esse distinctos, quam longe
eos, qui iam sunt vita defunctos, à viuis vide
distare.

CAPVT IX.

De Abnegatione sui ipsius in genere.

Postquam Dei seruit, Renunciations im
proprie, ab externis perfectionis impedi
mentis, liber effectus est, co. quo di
muse modo, restat, ut interna, appetitus re
delicet carnis, prauosque animi affectus
aggregiatur. Quae quidem impedimenta,
quo nobis magis sunt interna, & altius in
natura inherent; eò majoribus pollent v
ribus retardandi nos. ab incepto spiritua
lis perfectionis cursu, Maiori igitur co
tentione animi, conatu ac efficacia opus
est, si quidem ab eorum tyrannie libera
cupiamus. Huius fini propriè seruant tra
reliqua instrumenta, Abnegationis scilicet,
Resignationis, & Indifferetiae d., quo
rum singulis, suo loco, Deo duce, distinc
mus.

De Abnegatione igitur, de qua hoc cap
ite agendum est, duo potissimum expo
nemus: Primo, quid sit Abnegatio secund
um. Etymologiam nominis, propriamq;
suanam re
aque a ju
dicitur;
et delere
memoria